

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Lüderi Menckenii, IC. Facult. Ivrid. Lipsiensis Ordinarii
Tractatio Synoptica Institvtionvm Ivrис Ivstiniianeарvm
Theoretico-Practica**

Mencke, Lüder

Lipsiae, MDCCXXXV

VD18 11839880

Tit. II. De Vi Bonorum raptorum.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18253

deinde a fure ejusque hærede repetit. l. 7. §. 2. ff. d.
condict. furtiv. d. §. 19. Hodie hæc suum tum quo-
que præstat usum, quando fur laqueo punitus est.
a. l. 7. §. 1. ff. d cond. furt. l. un. C. quand. Act. Civil.
Criminal. præjud. De Jure Sax. Elect. conf Dec.
El. 86. it. Räub. Mand. d. A. 1719. §. Wir wollen.

TIT. II.

De Vi Bonorum raptorum.

Origo hujus actionis: & quid in eam veniat.

Qui vi res alienas rapit, tenetur quidem etiam *Ex Julian.*
furti: quis enim magis alienam rem invito *l. 2. §. 10. d.*
domino contreditat, quam qui vi rapit? ideoque *vi bonor.*
recte dictum est, eum improbum furem esse: sed *rapt. & l.*
tamen propriam actionem ejus delicti nomine *Præ-*
quod met. tor introduxit, quæ appellatur *Vi bonorum raptorum: caus.*
& est intra annum, quadrupli: post annum simpli.
Quæ actio utilis est, etiam si quis unam rem, li-
cit minimam, rapuerit. Quadruplum autem non
totum pœna est, sicut in actione furti manifesti di-
ximus, sed in quadruplo inest & rei persecutio: ut
pœna tripli sit, sive comprehendatur raptor in ipso
delicto sive non. Ridiculum enim esset, levioris
conditionis esse eum, qui vi rapit, quam qui clam
amovet.

Adversus quos datur.

1. Ita tamen competit hæc actio, si dolo quis ra-
puerit. Qui aliquo errore ductus, rem suam esse
existimans & imprudens juris, eo animo rapuerit,
quasi domino liceat etiam per vim rem suam au-
ferre a possessoribus; absolvit debet. Cui scil. con-
veniens est, nec furti teneri eum, qui eodem hoc
animo rapuit. Sed ne, dum talia excogitantur,
inveniatur via, per quam raptores impune suam

Ff 2 exer-

exerceant avaritiam; melius Divalibus Constitutionibus pro hac parte prospectum est, ut nemini licet vi rapere rem mobilem, vel se moventem, licet suam eandem rem existimet: sed, si quis contra Statuta Principum fecerit, rei quidem suæ dominio cedere: sin autem aliena res sit, post restitutionem ejus, etiam aestimationem ejusdem rei præstare.

* v. L. 7. c. Quod non solum in mobilibus rebus, quæ rapi possunt, Constitutiones obtainere censuerunt; sed etiam in invasionibus, quæ circa res soli fiunt: ut ex hac causa ab omni rapina homines abstineant.

Quibus detur.

Ex Ulp. l. 2. Sane in hac actione non utique expectatur rem 2. §. 22. vi in bonis auctoris esse. Nam, sive in bonis sit, sive bon. rapt. non; si tamen ex bonis sit, locum hæc actio habebit. Quare, sive locata, sive commodata, sive etiam pignorata, sive deposita sit res apud Titium, sic ut intersit ejus, eam rem per vim non auferri, veluti, si deposita re culpam quoque promisit, sive bona fide possideat, sive usumfructum quis habeat in ea, vel quod aliud jus, ut intersit ejus, non rapi: dicendum est, ei competere hanc actionem, non ut dominium accipiat, sed illud solum, quod ex substantia ejus oblatum esse proponatur. Et generaliter dicendum est, ex quibus causis furti actio competit in re clam facta, ex iisdem causis omnes habere hanc actionem.

I.

*R*apina est delictum privatum, quo palam dolose & per Violentiam res aliena mobilis Pr. §. I. lucri causa contrectatur. PR. §. I. J. b. Hæc di- I. h. viditur in nec manifestam & manifestam. Nec manifesta est, in qua raptor non deprehenditur I. i. ff. b. cuius intuitu etiam furti nec manifesti actio



actio datur in duplum. *d. l. j. l. 88. ff. d. furt. PR. J. b.* Manifesta est, in qua raptor deprehenditur. Ex ea conceditur quoque furti manifesti actio *a. PR. J. b. l. 80. §. 3. l. 52. f. ff. d. furt.* qua mitior est vi Bonorum raptorum Actio, cum illa sit mere poenalis, haec mixta. *PR. J. b.*

II. Rapina producit Actionem Vi Bonorum raptorum, quae est praetoria, personalis, poenalis mixta *d. PR. famosa, l. i. ff. d. his qui not. infam. competens iis, quorum interest, rem mobilem, licet minimam, PR. J. b.* vi ablatam non esse *§. II. J. b.* eorumque heredibus, adversus *ra-* *§. 2. I. h.* ptorem, non illius heredes *l. 2. §. f. ff. b.* intra annum in quadruplum, post annum in simplum. *PR. J. b.* Quadruplatur autem, agente Domino, ipsa rei aestimatio, non Domino id quod interest. *l. 2. §. 22. ff. b. §. II. J. b. l. 21. §. 2. ff. quod met. caus.* Haec actio hodie non est abrogata, sed infrequens. Ita visum *F. J. L. M. Jun. 704. a. l. 41. ff. d. O. S. A. Conf. ¶. l. 3. a. 43. 47. O. P. S. t. 31.*

III. Actio Vi Bonorum Raptorum pro affini agnoscit conditionem ex Lege 7. C. unde vi, *§. I. §. 1. I. h. J. b.* euque est, qua is, cui per rapinam rei mobilis, vel per invasionem rei immobilis, possessio ablata est, agit adversus raptorem & invasorem, ut rei possessionem restituat, &c, si fuerit propria ejusdem, jure suo excidisse, si aliena ad illius estimationem præstandam obligatus esse, declaratur. *d. l. 7. d. §. I. j. L. 13. ff. quod met. caus. (a)*

(a) *Vis est, quoties quis id, quod deberi sibi putat, privatim extorquet, atque non per judicem poscit. a. l. 13. ff. quod met. caus.*

Atque hæc condic^tio Jure imperii approubata est in Ord. Cam. Wormat. d. A. 1521. t. 32. §. 2. R. 7. d. A. 1532. §. 15. In Saxonia vero receptum est, quod invasor hujusmodi dominio rei suæ non excidit, sed rem alienam, quam abstulit, restituere, partique 30. solidorum emendam & Judicii pœnam arbitriam solvere compellitur. a. DR. l. 3. a. 43. 47. j. l. 37. d. legib. ceu resp. F. J. L. Mens. Jan. A. 707.

IV. Ad Rapinam prope accedit (1) Robbaria s. Grassatio, eis Raub, atque hæc est deprædatio hostilis ac violenta l. 3. §. 2. 3. ff. d. vii vi arm. qua cum violatione securitatis publicæ homines spoliantur, ipsisque bona auferuntur. a. l. 28. §. 10. ff. d. Pæn. O. C. a. 126. Ea punitur ultimo suppicio dd. ll. quod gladio infertur d. art. 126. DR. l. 2. a. 13. P. 4. C. El. 35. §. fin. nisi consuetudo loci aliud supplicii genus receperit. d. art. In Saxonia Electorali præterea rei cadaver facta executione rotæ imponitur d. C. (2) Latrociniūm, eine Mordthat Beraubungs halber, quod est homicidium spolii sive lucri causa commissum. Hoc punitur Jure Civili capitaliter, & accendentibus circumstantiis aggravantibus, latrones fucæ affiguntur. l. 28. §. 10. 15. d. pæn. Jure imperii latrones rotæ contunduntur. O. C. a. 130. 137. Idemque apud Saxones attendit. DR. l. 2. a. 13. §. alle. P. 4. C. El. 5. 35. §. f.

TIT.



TIT. III.

De Lege Aquilia.

Summa Capitis primi.

DAMNI injuriæ actio constituitur per Legem Ex l. 2. ad Aquiliam. Cujus primo capite cautum est, ut, leg. Aquil. si quis alienum hominem, alienamve quadrupedem, quæ pecudum numero sit, injuria occiderit; quanti ea res in eo anno plurimi fuerit, tantum domino dare damnetur.

De quadrupede, quæ pecudum numero est.

1. Quod autem non præcise de quadrupede, sed de Ex l. 2. §. 2. ea tantum, quæ pecudum numero est, cavetur, eo ad leg. Aquil. pertinet, ut neque de feris bestiis, neque de canibus quil. cautum esse intelligamus: sed de iis tantum, quæ gregatim proprie pasci dicuntur: quales sunt, equi, muli, asini, oves, boves, capræ. De suib[us] quoque idem placuit. Nam & sues pecudum appellatione Ex Marte continentur: quia & hi gregatim pascuntur. Sic l. 65. §. 4. de denique & Homerus in Odyssea ait, sicut Ælius Mart. leg. 3. cianus in suis Institutionibus refert:

Δῆεις τόνυε σύσσοι παρήμενον, οἷ. δὲ νέμονται.

Παρ Κάρεκος πέτρη, ἐπὶ τε κρήνη Αξεθόση.

Invenies hunc assidentem suib[us], qui pascuntur
Juxta Coracis faxum, & juxta fontem Arethusam.

De injuria.

2. Injuria autem occidere intelligitur, qui nullo jure occidit. Itaque, qui latronem occiderit, non tenetur: utique si aliter periculum effugere non potest.

De casu, dolo, culpa.

3. Acne is quidem hac Lege tenetur, qui casu occidit: si modo culpa ejus nulla inveniatur. Nam

Ff 4

alioqui